

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 102. Regulares exempti qui in partibus judices aut conservatores non habent, coram quibus agere vel conveniri possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

rius vero qui convenit secundaria, inter utramque adjunctionis seu interventionis speciem hoc interest, quod priori specie primo & principaliter Conventus non definit esse pars judicii, posteriori vero definit, ut plenè alio in loco tractavi, lib. 2. de iurisdict. ord. in exempt. ques. 36. q. 37. Itaque si in prima adjunctionis specie emptus satidet judicio listi aut iudicatum solvi, inanis erit ejusmodi datio, quia com. ram judge incompetentem seu non probogabili praestitia, nullius est momenti, emptus enim fidejussore judicio listi esse non potest. v. lib. 1. ques. 47. nro. 1. de iurisdict. ord. in exempt. uti precedente quæstione ostendi, si autem in posteriore interventionis specie, qua exemptus causam ad suum judicem contrahit, ejusmodi cautions praeter, validæ erunt, quia coram judge competente praestitia obligant, & juris efficiaces effectus fortioriatur, totut. ff. iudicatum solvi.

## QUESTIO C. I.

Regulares exempti qui in partibus judges aut Conservatores non habent, coram quibus agere vel conueniri possint.

## SUMMARIUM.

1. Exempti ali sunt Clerici Saculares, ali Regulares.
  2. Regulares de criminalibus exceptis convenientur coram ordinario.
  3. Regulares convenientur coram ordinario, sibi insinuantur, vel impingant in causa hic relatos.
  4. Quid si in extra clausura delicta non spectant ad ordinarium.
  5. Regularium claustralium delicta non spectant ad ordinarium.
  6. Quid si sunt scandalosa.
  7. Regularium delicta extra claustrum
  8. Regulares faciendo contra eorum privilegia, non prajudicant superiori.
  9. Multe S. Joannis Hyeresolmitani etiam si delinquunt extra claustra, puniri ab ordinario non possunt.
  10. Regulares an in causis visitationum subsunt ordinario.
  11. Regulares an subsunt ordinario per modum jurisdictionis contentioæ, tam agendo quam defendendo.
- Q**uestio hæc paulò altius repetenda est & distinctionibus nonnullis explicanda. Exempti enim ali sunt Regulares, ali Clerici Saculares. Quo ad exemptiones Regulares, aut quæstio est de causis criminalibus, aut de civilibus, si de criminalibus quæstio sit, videndum est, an de criminalibus agatur exceptis, quale est

est hæreses, aut alius similibus notatis per Glossam in cap. valentes verb. instantia de privilegiis. & per glo. in extravag. inter cunctas §. saveant in verb. superiore de privilegiis. Et hæc à metib. 2. de iurisdict. ord. in exempti. quæst. 45. & per totum discursum illius operis, & tunc coram ordinario poterunt conveniri, salvis tamen semper privilegiis, quæ illibata sunt, quandoque de valida eorum revocatione non appetet. Idem dicitur ea quæ Episcopis sunt concessa & ab eis prohibita, veluti si Regulares accedant ad Monasteria Episcopis subjecta sine ipsorum expressa licentia ex Bullæ felicis reconditionis Pii Papæ V. incipit, circa pastoralis 4. Kalendas Junii anno ejus primo edita, vel audiunt confessiones sine facultate eis facta, Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de Reg. vel quid committant circa Monialium claustram ipsiis Episcopis invitatis, art. 1. cap. 1. ab glo. verb. obedientiam de excessib. Pralatorum & illam Bullam Pii V. vel vocati ad publicas processiones venire reculant, Conc. Trid. cap. 13. de Regul. qua de me & ego d. quæst. 45. vel quia concedunt monialibus licentiam excludi a suis monasteriis, Conc. Trid. sess. 25. de Regul. & Bulla d. Pii V. Vel prædicant scandala & errores in Ecclesiis euam suorum ordinum. sess. 25. cap. 2. vel interdicta & festa per Episcopum privilegiata in eorum Diœcesibus non obseruant, sess. 25. cap. 12. de regul. vel sine eorum licentia verbum Dei publicè prædicant, sess. 25. cap. 12. sess. 24. cap. 4. vel in instituenda lectione in ipsorum Monasteriis negligenter procedunt, sess. 25. cap. 1. vel si dimissorias concedant, aut ordines conferant subditis seculantibus, sess. 7. cap. 10. sess. 23. cap. 10. Vel si publicè legant non facta prius professione fidei cotam Episcopo loci, iuxta bullam felicis recordationis Pii V. edita anno 1564. vel si in ipsorum Ecclesiis curatim non resideant, sess. 6. cap. 2. sess. 25. cap. 11. vel si extendant metas suorum privilegiorum, glo. cap. patenibus in verb. potius de privilegi. in his enim & similibus casibus quo ego alio in loco adduxi, id. tract. de iurisdict. ord. in exempti lib. 2. quæst. 45. Episcopus iurisdictionem habet in exemptis, nisi privilegio exemptionis specificiter & similibus casibus derogaretur, quod procedit tam si delinquent intra claustra quam si extra, quia in prædictis Episcopus habet de jure fundatam intentionem supra omnes, Rota par. divers. dec. 78. At vero si delinquent in aliis casibus, it erum est distingendum, an intra vel extra claustra delinquant.

Si intra claustra delinquant, de claustralibus delictis nihil pertinet ad Episcopos, sed remanent iob iurisdictione & correctione suorum superiorum, rot. tit. de Regular. Si vero manendo intra claustra delinquant extra claustra, si talia delicta non sunt scandalosa & notoria, pariter Episcopus non potest in eos animadvertere, Conc. Trid. sess. 25. cap. 14. de regul. Ferreius conf. 69. n. 5. Navar. in cap. non dicitur 12. quæst. 1. cap. 1. de excessib. Pralat. Sed si delicta sunt scandalosa aut notoria extra claustra commissa, tunc potest Episcopus in eos animadvertere, Conc. Trid. d. cap. 14. sess.

¶ 4. *scilicet 25. de regul. de instantia autem quam Episcopus observare debet, locis casu videatur hunc Paulus Fulcenus Episcopus Sarnensis, tract. de visitatione lib. 1. §. 3. Bulla Boromei Clem. 8. quam ego supra inserui §. 4. scholia. 54.*

7 Secundo autem casu, quando regulares manent extra claustra, & tunc aut delinqunt extra ea, & ratione loci exempti cognitio spectat ad superiorum regulium, arg. d. cap. volentes de privileg. in 6. aut delinquunt extra ea, & iterum sub distinguendum est, an maneat extra de luperiorum licentia in aliquo membro aut domo appendice monasterii pro religiosis servitio, nec non sub regulari observantia & partice juridictione pertinebit ad superiorem regularium, cap. 14. *scilicet 25. de Regul. in Con. Trid. Episcopique officio nihil aliud incumbet, quia ut superiori regularium scriptor. competit. cap. 1. §. in eos autem verb. residant. de Privileg. in 6. quia cum superior possit regulari dare licentiam, Conc. Trid. cap. *scilicet 25. de reg. dictaque loca sunt membrorum suorum monasteriorum, cap. recolentes §. cisterciensium de statu monach. glo. cap. emend. 2. & seqq. cap. 3. inter resolutiones Portugales, cujusmodi exemptioni partes non possunt sine ipsa licentia renuntiari; Castrensis conf. 432. num. 3. lib. 1. cap. cum tempore nbi Abbat. DD. de arbitris, & si renuntiarent, posset corum superior revocare omnem eorum confessionem & renuntiationem, sicut pater in causa filii, & Dominus in causa servi, Castr. conf. 452. num. 5. Marchefaus tract. de differentiis sententiis cap. 2. num. 42. Et ergo latius de jurisdictione ord. in exempl. lib. 2. cap. 7. num. 2. Et seqq. cap. 35. num. 7. cap. 4. num. 8. aut vero regulares sine superiorum licentia manent extra claustra, delinquuntque, & tunc Episcopus contra eos procedet, d. cap. volentes Conc. Trid. *scilicet 25. cap. 4. de Reg. & scilicet 6. cap. 3. Bulla Sixti V. 6. Kal. Decemb. 1587. incipit. cum de omnibus §. sed. & quia Rosa diversa pars. i. dec. 702. num. 5. vide supra §. 4. scholia. 54.* quod tamen limita non procedere in militibus S. Ioannis Hierosolimitani, qui licet sint regulares & maneat ac delinquant extra claustra, tamen subsunt eorum magno Magistro, quemadmodum per Bullam Pii Papae laica congregatio censuit, ad cap. 3. *scilicet 6. Conc. Trid.* Nunc breviter ad easias regularium civiles descendit, siisque sic distinguo. Aut proceditur per viam visitationis, aut ordinariae seu contentiose jurisdictionis.**

Primo casu si regularia loca curam non habent animarum, aut sunt capita ordinis vel alia monasteria capitibus immediatè subjecta & non subsunt Episcoporum visitationi, cap. 11. *scilicet 25. de Reg.* aut non sunt capita ordinum, nec eis immediate subjecta, & in eis simul cum cura viger regulatis observantia, & tunc aut cura imminet ipsis dominibus & monasteriis principalibus, aut membris eis annexis & ab eis dependentibus; primo casu procedit cap. 11. *scilicet 25. de reg.* ut possit ab Episcopo visitari

visitari in eis tantum, quæ ad animatum curam pertinent, tam quo ad locum curæ deputatum, etiam si fuerit demilitia S. Joannis Hierosolimitani.

Secundum vero casu ubi cura in eumbit annexis vel dependentibus, & tunc non solum visitatio sed deputatio Vicarii cum congrua potuone ad Episcopum spectabit, cap. 7. eff. 7. Conc. Trid. d. cap. volentes §. in eos.

Si vero in his annexis vigeret sola cura sed non Observantia Regularis, & isto casu five commendata sint, sive non subduntur Episcoporum visitationi, & correctioni, par. cap. 8. eff. 21. si vero Regularia loca curam non habent animatum & tunc aut in eis non vigeret Regularis Observantia, aut vigeret.

Primo casu, subiiciuntur Episcoporum visitationi, d. eff. 21. cap. 8. in princi-  
palium Monasteriorum, & in his nihil ad Episcopum spectat, d. cap. 8. eff. 7. eodem  
que jure censentur in membra & alia loca principalibus annexa, seu ab eis dependentia  
uti antè dictum est, d. cap. recolentes. solvo, quod si eorum superiores sunt negligen-  
tes in subditorum correctione, Episcopus post sex menses potest eorum negligentiam  
supplere, d. cap. 8. eff. 21. & Bulla Clem. 8. supra citata.

Aut agitur contra Regulares per modum ordinariae seu contentiose jurisdictio-  
nis seu cognitionis caularum civilium, & tunc ibi Regulares degunt intra Monaste-  
ria, etiam si certum judicem deputatum habeant in partibus quo ad causas mercedis  
& misericordiarum personarum, non prodest regularibus exemptione, Conc. Trid. eff. 7. cap.  
14. de refor. vide supra §. 2. Schol. 27. ubi latius, aut sunt aliae causa, & ipsi Regulares  
sunt actores aut rei, si rei, cognitione caularum perinebet ad eorum judicem deputatum  
quem conservatorem vocant, Conc. Trid. cap. 5. eff. 14. prout Regularibus concedi  
solent, iustia cap. 5.

Si vero sint actores & tunc sequi debent forum rei, nisi aliud in litteris disponatur,  
ut disponitur in exemptione Cleri Secundarii Diocesis Leodiensi, qui neque activè  
neque passivè protogare potest, quemadmodum ostendit in tractatu de jurisdictione  
ord. in exempt. aut Regulares non habent certum judicem in partibus deputatum  
& tunc conveniri poterunt coram ordinario ad solvendum debita etiam uti sedis  
Apostolicae delegato, Conc. Trid. eff. 7.

Licer enim texus Conc. Trid loquatur de regularibus extra Monasteria degen-  
tibus, tamen procedit etiam contra degentes in claustris, prout ratio suaderet, ob quam  
datur etiam in exorbitantibus à jure extenso, latè Navar. cap. in cap. pœna de pœnit.  
diff. 1. Longè magis in favorem ordinati, cui jurisdictio competit per totam suam  
Diocesim, cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Latus alleg. 68. in fin. cap. cum Episcopus de  
offic. ord. in 6. cum enim ordinarii jurisdictio sit favorabilis. lib. 1. de jurisdict. in ex-  
emptis quæst. 4. fundatamque habeat intentionem suam per totam suam Diocesim.  
quicquid expressè non excipitur, censetur ei concessum. d. cap. cum Episcopus cap. ge-  
neri

L 1

neri ubi Divus de reg. iur. in 6. l. regula ubi Decimus ff. cod. tit. absurdumque esset regulares esse judices & patres propria in causa. gl. ff. d. cap. volentes s. in eos autem verb. quatum ad ipsa de privileg. in 6. Signanter vero cum accessus ad Papam est difficultas, ut eodem in tractatu ostendi. lib. 4. quæst. 50. & quest. 51. Navar. cap. contingat Remedium numer. 3. vers. & non facilis est ad Papam recursus de re scriptis.

## QUÆSTIO C II I.

Clerici Sæculares Exempti, qui in partibus judices aut conservatores non habent, coram quibus experti aut conveniri possint.

## SUMMARIUM.

1. Cleri alii sunt proprii, alii suffraganeorum.
2. Archiepiscopus quid possit in Clericos suffraganeorum.
3. Episcopus quid in Clericos sua Diocesis etiam exemptio possit, tam in criminalibus quam civilibus casibus & numero 5.
4. Hospitalia sub Regum protectione constituta an subsunt Episcopo.
5. Conservator est judex Exemptorum in causis Civilibus.
6. Exempti non habentes certum judicem, subiiciuntur ordinario.
7. Concilium Tridentinum si non sit re-
8. ceptum, quid juris.
9. Periculum si sit in mora, usq; exemptiones.
10. Dispositio recipie interpretationem verisimili mente disponentis.
11. Dispositio refringi debet, ne quin debite damnum patiatur.
12. Exemptio qua sit alteri damno cessa.
13. Exempti in prima instantia Romanum evocari non possunt.
14. Privilegia sunt reciproca.
15. Exempti possunt a suis creditoribus coram conservatoribus Exemptorum conveniri.

**C**lericorum hic facio duplarem speciem, alii enim sunt Clerici proprii, alii suffraganeorum. Proprios Clericos voco eos, qui de jure communii immediate alicui Episcopo aut Archiepiscopo, Primi, Patriarche subiiciuntur, de ejusmodi enim propriis facit quilibet etiam Archiepiscopus aut Patriarcha propter quilibet Episcopus in sua Diocesi. Clerici vero suffraganeorum dicuntur, qui sunt in Diocesi immediata alicujus Episcopi, ita dicti respectu Archiepiscoporum, Primi-

uum,